

*Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.*

### I. Übersetzung

1       Concilium Aetolorum stata die, quod Pan-  
2       aetoli<c>um vocant, futurum erat. Huic ut occurrerent,  
3       et regis legati iter accelerarunt, et a consule missus  
4       L. Furius Purpurio legatus venit; Atheniensium quoque  
5       legati ad id concilium occurrerunt. Primi Macedones,  
6       cum quibus recentissimum foedus erat, audit sunt.  
7       Qui <in> nulla nova re nihil se novi habere, quod ad-  
8       ferrent, dixerunt; quibus enim de causis experta inutili  
9       societate Romana pacem cum Philippo fecissent, com-  
10      positam semel pacem servare eos debere. ‘An imitari’  
11      inquit unus ex legatis ‘Romanorum licentiam, an le-  
12      vitatem dicam, mavultis? Qui cum legatis vestris Ro-  
13      mae responderi ita iussissent: “Quid ad nos venitis,  
14      Aetoli, sine quorum auctoritate pacem cum Philippo  
15      fecistis?”, iidem nunc, ut bellum secum adversus Phi-  
16      lippum geratis, postulant; et antea propter vos et pro  
17      vobis arma sumpta adversus eum simulabant, nunc  
18      vos in pace esse cum Philippo prohibent. Messanae  
19      ut auxilio essent, primo in Siciliam transcenderunt;  
20      iterum, ut Syracusas oppressas ab Carthaginiensibus  
21      in libertatem eximerent; et Messanam et Syracusas  
22      et totam Siciliam ipsi habent vectigalemque provin-  
23      ciam securibus et fascibus subiecerunt. Scilicet sicut  
24      vos Naupacti legibus vestris per magistratus a vobis  
25      creatos concilium habetis, socium hostemque libere  
26      quem velitis lecturi, pacem ac bellum arbitrio habi-  
27      turi vestro, sic Siculorum civitatibus Syracusas aut  
28      Messanam aut Lilybaeum indicitur concilium. Prae-  
29      tor Romanus conventus agit; eo imperio evocati con-  
30      veniunt; excenso in suggestu superba iura redditem,  
31      stipatum lictoribus vident; virgae tergo, secures cer-  
32      vicibus imminent; et quotannis alium atque alium  
33      dominum sortiuntur. Nec id mirari debent aut pos-  
34      sunt, cum Italiae urbes Regium, Tarentum, Capuam,  
35      ne finitimas, quarum ruinis crevit urbs Roma, nomi-

36 nem, eidem subiectas videant imperio. Capua quidem,  
37 sepulcrum ac monumentum Campani populi, elato et  
38 extorri electo ipso populo, superest, urbs trunca sine  
39 senatu, sine plebe, sine magistratibus, prodigium, re-  
40 licta crudelius habitanda, quam si deleta foret. Furor  
41 est, si alienigenae homines, plus lingua et moribus  
42 et legibus quam maris terrarumque spatio discreti,  
43 haec tenuerint, sperare quicquam eodem statu man-  
44 surum.'

## II. Sprachliche Erläuterungen

1. Wer ist mit **eos** in Z.10 und wer mit **quorum** in Z.14 gemeint?
2. Erläutern Sie, inwiefern man bei der Wendung **in libertatem eximerent** (Z.21) von einem “prägnanten Ausdruck” sprechen kann!
3. Worauf bezieht sich **eo** in Z.29?
4. Geben Sie etymologische Erläuterungen zu **suggestu** (Z.30)!